

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...
exhibens

Carpzov, Benedict

Wittebergae, 1670

Qvaestio XIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127726)

45 **SEPTIMO:** Remitti etiam potest parricidij pœna ordinaria in casu, quo quis persuasione aut jussu patris sive matris deliquit & parricidium commisit, ita enim filius delinquendo de mandato patris excusatur, *arg. l. liber. homo. ff. ad Leg. Aquil. & l. velle non creditur. ff. de reg. jur. ubi gloss. & Dec. n. 1. & n. 7. Carrer. in præct. in tractat. de homicid. & assassin. §. sequitur ex quibus causis, nu. 1. Quod & verum liberis delinquentibus jussu matris, Menoch. de arbit. judic. qu. lib. 2. cas. 354. n. 41.*

46 Quamvis autem in delictis atrocioribus & atrocissimis, quale parricidium est, aliud statuendum sit, ita ut in iisdem jussu seu persuasio parentum nequaquam delinquentes excuset, *Dec. in d. l. velle non creditur, n. 7. vers. secus est in gravibus ff. de reg. jur. ubi etiam Cagn. n. 5. 6. 8. Tiraquell. de pœn. temper. caus. 34. n. 1. Anton. Gomez. dicit. ca. 3. n. 42. Petr. à Plach. in epitom. delict. c. 15. n. 24. Proffer. Farin. part. 3. oper. crim. quæst. 92. n. 254. Carrer. in 3 tract. de homicid. & assassin. §. sequitur ex quibus causis, n. 1. Hoc tamen eatenus verum est, ut liberi jussu parentum delinquentes in atrocioribus non liberentur in totum, ex parte tamen excusantur, & sic à pœnâ ordinariâ, secundum Salycet. in l. non ideo minus, nu. 9. in fin. vers. mitius tamen puniretur. C. de accusat. Gomez. dicit. c. 3. n. 42. in fin. pr. vers. unum tamen est & c. Tiraquell. dicit. caus. 34. n. 3. Decius lib. 4. conf. 535. n. 3. & 4. ubi dicit, in levibus jussu matris excusare in totum, in gravibus verò à pœnâ ordinariâ.*

Existimo itaque, si filia ex persuasione matris infantem occidat, pœnam ordinariam ipsi remitti posse, substitutâ pœnâ gladij.

47 *Quemadmodum in tali casu pronunciaverunt Scabini versus Böhlen. Ad requisitionem Wolffgangi Stegfrides! Mens. Aug. Anno. 1628. Et quando M. D. jussu matris sua infantem occidit, adjudicata ipsi fuit pœna ordinaria culei cum appendice: Man wolte ihr dann in Ansehung/ das es sie ihre Mutter geheissen/ Gnade erzeigen/ vff dem Fall möchte Sie mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft vnd hingerichtet werde B. R. W. Ad Consultationem Quæstoris Plaviensis Mens. Mar. Anno 1588.*

48 *Quemadmodum in tali casu pronunciaverunt Scabini versus Böhlen. Ad requisitionem Wolffgangi Stegfrides! Mens. Aug. Anno. 1628. Et quando M. D. jussu matris sua infantem occidit, adjudicata ipsi fuit pœna ordinaria culei cum appendice: Man wolte ihr dann in Ansehung/ das es sie ihre Mutter geheissen/ Gnade erzeigen/ vff dem Fall möchte Sie mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft vnd hingerichtet werde B. R. W. Ad Consultationem Quæstoris Plaviensis Mens. Mar. Anno 1588.*

49 **OCTAVO:** Huc etiam referri potest parricidium ex metu seu timore commissum; veluti si filia metuens iram & justam indignationem parentum infantem occidat.

50 *Tum, quod ij, qui minis seu metu coacti delinquant, aliquo modo excusentur, Jul. Clar. in præct. §. fin. quæst. 60. n. 17. Berta. conf. 173. n. 8. lib.*

1. & conf. 266. n. 3. lib. 2. nam propter metum delinquentes videntur coactè delinquere: coacta autem voluntas non est voluntas, *l. velle non creditur, ubi gloss. & Dec. n. 1. ff. de reg. jur.* Et coactus magis pati quam agere dicitur, *l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. de liber. caus.*

Tum, quod quælibet justa credulitas, imò etiam causa injusta à pœnâ ordinariâ excuset, Jul. Clar. in præct. §. fin. quæst. 60. n. 22. Nicol. Boer. decif. 168. n. 11. Socin. l. un. conf. 45. nu. 16. Blanc. in præct. crim. fol. 138. n. 6. Boss. in tit. de decret. Mediol. n. 19. & quamplurimi allegati à Jacob. Schult. ad Modest. Pistor. part. 3. quæst. 104. n. 8.

Ideoq; pœnam gladij declaverunt Scabini fœmina scilicet P. W. qua ab alio impregnata, infantem brevi post nuptias cum marito suo contractas natum, occiderat, metuens increpationem socrus suæ: So möchte sie wegen dero an ihrem eigenen Rind begangenen vnd bekandten Mordthat nach Gelegenheit ditzfalls/well sie in grosser Angst gewesen/vnd was sie gethan/were auß grosser Furcht vor der Wennes Mutter geschehen/wegen der Besorge/die Mutter hette doch hernacher dem Sohn ihrem Ehemanne angezeiget/das er von ihr entlauffen were/vnd do sie krank worden/hette sie mit diesen Worten die Mutter umb Gottes Willen gebeten/Mütterchen/Mütterchen/holet mir die Wehemutter/ aber solches nicht erlangen/noch die Mutter erbitten können/ mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet vñ gestrafft werden B. R. W. Ad consultationem Senatû PVurzenis, Mens. Jul. Anno 1628.

Aliquando etiam in casu simili declavimus pœnam culei, adjectâ clausulâ: Es wolte dann die hohe Obrigkeit in Ansehung/das sie sich ihrem anzeiggen nach/vor ihrem Vater gewaltig gefürchtet/Gnade erweisen/vff den Fall möchte Sie mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet vnd gestrafft werden B. R. W. Ad requisitionem Iudicis præfectura Pegaviensis, Mens. Aug. Anno. 1630.

Nonò: Ob morbum quoque Epilepticum, quo infanticida laborat, pœnam culei in gladij pœnam commutatam fuisse, memini; Ne scilicet Reus in executione pœnæ in epilepsiam incidens duplici affligeretur pœnâ.

Ad consultationem Henrici à Bünow / in Weissenstein! Mens. Aug. Anno 1630.

Hicce ergò casibus in crimine parricidij pœna ordinaria culei remitti potest, quos exempli gratiâ hic recensuisse sufficiat. Præter hosce adhuc causæ & circumstantiæ aliæ occurrere solent, ob quas pœna parricidij æquè mitigari potest, quæ discretionis & prudentiæ judicis committuntur.

QUESTIO XIX.

De crimine Assassinii, ejusque pœnâ:

SUMMARIA.

1. Assassinium unde dicatur, n. 2.
3. Quidnam sit Assassinium, n. 4. 5.
6. Crimen hoc crudele & horrendum est, n. 9.
7. Assassinium species homicidij est.
8. Interventus pecunia delictum facit atrocius.
10. Quanam sit pœna hujus delicti, n. 11. 12.
13. Hac pœna diversa est, pro more cujusvis regionis.
14. In ditionibus Saxonici illud supplicium irrogari debet, quod moribus Saxonici est receptum.
15. Pœna Assassinioris seu conductorie.

H

16. Sert-

16. Sententia Scabinorum Lipsensium n. 17. 18.
 15. Pœna Assassini sive Locatoris, n. 20. 21. 22.
 23. Correlatorum eadem est ratio & disciplina, numer. 24.
 25. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 26.
 27. Quanam sint requisita criminis assassini.
 28. Quam pœnâ plectendus Assassinator parricida, n. 29. 30.
 31. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 32. 33.
 34. Responsa Scabinorum Lipsensium.
 35. An semper pecunia numerata intervenire debeat in crimine Assassini, n. 36. 38.
 57. Assassinium aequiparatur Latrocinio.

Hactenus dictum de parricidio, ob cuius immanitatem durior ac severior pœna, quam pro simplici homicidio constituta est. Jam agendum quoque est de crimine Assassini, in quo pœna homicidij æquè aggravatur, quando nempe quis occidit alium ad instantiam alterius, corruptus precio vel pecuniâ, quo casu dicitur committi crimen Assassini.

¹ Hoc autem non dicitur à scindendo, quod scilicet scindat animam à corpore, prout sentit Gemin. in capit. 1. §. cum igitur, de homicid. in 6to. allegatus à Carret. in pract. crim. §. 5. num. 3. Convenit enim hæc derivatio cuicumque homicidæ non tantum assassino. Sed nomen ac originem habet hoc delictum ab Assassinis incolis Asiæ regionis seu populis Parthiis, qui & Arfacidæ dicti, de quibus scribit Paul. Emil. lib. 5. de reb. gest. Francor. Assassinos fuisse colluviem quandam gentis obscuræ & perfidæ circa 60. virorum millia, quæ in regione Essenorum decem omnino incolebant oppida circa Phœniciam. Hi receptâ Mahumeris persuasione, sanctissimi omnium à Barbaris existimabantur, nullâ ambitione honorum, sed ipsi inter se maxime unanimes, quem virum optimum putabant, illum sibi præficiabant, illumque Seniore aut Arfacidam vocabant; nihilque sanctius aut gloriosius, quo & immortalitatem consequi possent, iudicabant, quam pro patria, Arfacida seu Domino, ac pro Religione ac sectâ ei infensos, adedque homines Christianos interimere, ejusque nomine mortem oppetere. Unde Christianorum doctrinam edocti, seque Christianos simulantes, proditoriè quosque ac proceres Christianos inopinantes ex mandato Senioris accepto trucidabant, quantum vis certè scirent, se illic deprehensos graves vicissim duros pœnas, quas etiam mirâ animi alacritate perpessi fuere. Duar. libr. 2. disputat. cap. 12. circa fin. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 30. num. 1. Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cent. 4. cas. 360. numer. 41. Petr. Gregor. 36. Syntagm. 15. nu. 16. Didac. Covarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 20. num. 10. Et refert Innocent. IV. Pontifex in in cap. 1. de homicid. in 6to. assassinos istos suo tempore maxime fuisse grassatos, aded ut nonnulli Magnates timentes ab illis interfici, coacti fuerint securitatem impetrare ab eorundem Assassinorum Domino.

² Horum populorum mores cum subsequen-
 tibus imitari cepissent Christiani, Bannitos a-

39. Responsa Scabinorum Lipsensium.
 40. Quid si Assassinus rem minimam acceperit, n. 42.
 41. Latrocinium in re minima perpetratur.
 43. Responsum Scabinorum Lipsensium.
 44. Num Assassinium solâ pecuniâ promissione commutatur, n. 45. 46.
 47. Responsa Scabinorum Lipsensium, n. 49. 51.
 48. Quid si pretium certum non fuerit expressum, n. 50.
 52. Quomodo conatus in Assassinio puniendus, n. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61.
 62. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 63. 64.

liosvè audaces conducendo & præmijs invitando, ut sibi inimicos & infensos è medio tollerent (quemadmodum etiamnum in Italiâ hoc facinus frequentissimum est) istud homicidium conductitium Assassinium vocari consuevit. Duar. dict. disput. 12. Petr. Theodor. in colleg. crimin. disp. 7. lib. 4. lit. A.

Est ergo hodiè Assassinium homicidium ab aliquo ad hoc mercede conducto ad alterius mandatum commissum, cap. 1. de homicid. in 6to. ubi Dd. Anton. Gomez. tom. 3. variar. resolut. cap. 3. n. 10. Licet enim textus in d. cap. 1. loqui videatur de populo Assassinorum infideli, de quo antea dictum, & propterea aliqui senserint, eum non extendendum esse ad Christianos occidentes seu occidere facientes mediante pecuniâ, gloss. in dict. cap. 1. ubi etiam Hostiens. num. 8. & 18. in fin. Covarr. variar. resolut. lib. 2. numer. 9. & 10. Communiter tamen Doctores contrarium statuunt, existimantes decisionem dict. cap. 1. etiam extendi debere ad Christianos, qui pecunia Christianum conducunt, ad occidendum etiam Christianum, juxta non possunt. 12. ff. de legib. Tiber. Decian. in tract. crimin. dict. cap. 30. numer. 4. Prosper. Farin. part. 5. oper. crim. quæst. 123. n. 22. Jul. Clar. in pract. §. Assass. n. 1. Aegid. Bossius in tit. de mandato ad homicid. nu. 16. Petr. à Plach. in epitom. delictor. cap. 19. n. 2. Brun. à Sol. quæst. 34. n. 5. & seqq.

Negari quidem non potest, genus illud hominum Assassinorum, quorum antea mentio facta est, dedisse occasionem Decretali conficiendâ in dict. cap. 1. de homicid. in 6to. Attamen cum illi, qui pecuniâ acceptâ occidunt homines, à quibus plerumque nullam unquam injuriam acceperunt, similes sint in omnibus Assassinis illis veris, qui pariter se amicos simulantes incautos per insidias occidebant; quid mirum, si ex interpp. opinione communi prædicta decisio etiam ad Christianos sit extensa. Nam si grave est per infidelem pecunia conductum occidi Christianum, multò certè gravius erit, per Christianum conductum occidi Christianum, sicut gravius est fratrem à fratre occidi quam ab extraneo: cum & Christiani omnes fratres simus, ne, à quo sperari deberet auxilium, inde mors proveniat, Covarr. in pract. crimin. §. 5. num. 3. Decian. dict. lib. 9. cap. 30. num. 4.

Et dicitur Assassinus non solum ille qui aliquem occidi precio mandat alteri, sed & is qui suscepta ab aliquo pecunia mediante mandato

dato alterum occidit, adeoque mandans & mandatarius, sive conductor & locator Assassinus dicitur, licet à quibusdam mandans Assassinator, mandatarius autem in specie assassinus vocetur, *Iod. Damhoud. in præct. crimin. capit. 83. in fin.* Quamvis enim textus in *cap. 1. de homicid. in 6to.* non de mandatario sive locatore interficiente, sed de mandante & conductore loqui videatur; communi tamen interpretatione receptum est, ut & ad mandatarium & interfectorem extendatur, *gloss. in dict. cap. 1. in verb. pro humani. in fin. de homicid. in 6to. ubi & Hostiens. num. 21. Bartol. in l. non solum. §. si mandato. num. 14. ff. de injur. Salycet. in l. non ideo minus. numer. 36. ad med. vers. & assassini. C. de accusat. ubi tradit, Assassinos etiam vocari vulgò, qui pecuniâ receptâ vel promissâ homicidia committunt. Angel. de malefic. in verb. & Sempronium numer. 1. vers. si autem datâ pecuniâ. Carrer. in præct. in 3. tractat. de homicid. & assass. §. circa igitur tertium. num. 11. Iodoc. Damhoud. in præct. crimin. cap. 83. rubr. de assass. numer. 1. Anton. Gomez. tom. 3. variar. resol. capit. 3. numer. 10. Petr. à Plach. in epitom. delict. libr. 1. capit. 10. numer. 2. & 3. Tiber. Decian. in tractat. crim. libr. 9. cap. 30. num. 9. Roland. consil. 14. numer. 13. libr. 4. Mascard. de probat. libr. 1. concl. 138. n. 1.*

6 Crimen autem Assassinij non modo atrocissimum, sed & crudele, execrabile, & horrendum esse, extra dubium est, & expressè id probat *cap. pro humani. 1. §. cum igitur*, in verb. horrenda inhumanitate detestandaque sevitia mortem sentiunt aliorum. Et §. sacri in fin. ibi: *Seelus tam execrabile, de homicid. in 6to. ubi Hostiens. in pr. verb. assassinorum crudelitas. Corrad. in præct. rubr. de assass. num. Covarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 20. num. 10. Tiber. Decian. dict. cap. 30. n. 4. Roland. consil. 14. n. 14. lib. 4.*

7 Et quamvis Assassinium species homicidij dicatur, longè tamen gravius est simplici homicidio, idque propter pecuniam intervenientem, quæ regulariter facit delictum atrocius & pœnam auget, *Bartol. in l. non solum. §. si mandato. numer. 14. ff. de injur. Salycet. in l. non ideo minus. numer. 36. vers. veruntamen inquitur Doctores. C. de accusat. Carrer. in præct. in 3. tract. de homicid. & assass. §. circa igitur tertium, nu. 36. Anton. Gomez. dict. cap. 3. numer. 10. Gabr. libr. 7. concl. 1. num. 30. Iacob. Menoch. de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 357. num. 14. Decian. dict. cap. 30. n. 4.* Hocque manifestè probat textus in *l. Citero. ff. de pœn.* ubi mulier quæ fecit abortum propter pecunias sibi datas ab alijs heredibus, tenetur pœna mortis; si verò fecerit abortum non pecunijs, sed odio mariti vel ex aliâ causâ, mitius punitur, pœnâ nempe exilij &c. Unde constat crimen homicidij gravius reddi si pecunia interveniat, prout notat *Bartol. ad istum textum*, eumque ad hoc reputat singularem *Felin. in cap. si aliquis, de homicid.*

9 Accedit & alia ratio, quod nempe ei qui præterdit propriam vindictam ex injuriâ sibi factâ, vel irâ, vel odio, videatur magis parcendum; quia vix potest quis dolorem proprium temperare, & homo incensus irâ vel propriâ offensâ non dicitur in plenitudine intolletus; sed i-

ste qui delinquit corruptus pecuniâ, non est propriè inimicus, nec habet excusationem aliquam sui delicti, *Anton. Gomez. dict. capit. 3. numer. 10.*

Cùm ergò crimen Assassinij gravius & atrocius sit homicidio simplici, utiq; etiam ob gravitatem & atrocitatem gravius coercendum erit, quod ferè nullum dubium habet, *Iodoc. Damhoud. in Præct. crim. cap. 83. n. 4. Quæ verò pœnâ Assassinij affici debeant?* Difficile est definire & certi quid statuere, cum neque in Jure Civili, neque Constitutione Crim. Carolina, neque etiam in Jure Saxonico, certa pœna pro crimine Assassinij constituta reperiat; Neque etiam de Assassinis textum habemus in Jure Civili, neque vocabulum hoc ibidem reperendum est, cum eo jure appellentur generali nomine locatoris & conductoris operatum, in *l. non solum. §. mandato. ff. de injur.*

In Jure quidem Canonico ab Innocentio 11 IV. Pontifice sancitum est decreto generali: ut quilibet Assassinus, sive clericus, sive secularis, excommunicationis & depositionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, incurrat sententias ipso facto, & unâ cum bonis suis omnibus tanquam Christianæ religionis æmulus à toto Christiano populo perpetuò diffidatus sit, in *cap. pro humani. 1. de homicid. in 6to.* Unde assassinus seu diffidatus ab omnibus impunè occidi potest *Hostiens. in dict. cap. 1. num. 32. Carrer. in præct. crimin. §. circa igitur tertium. num. 13. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 9. post. num. 78.* ubi generalem facit conclusionem, paria esse, quod statutum reputet aliquem diffidatum, vel quod mandet eum occidi, & *lib. 9. cap. 30. num. 7. Bajard. ad Jul. Clar. in §. homicidium. num. 190. & n. 272.*

Sed præterquam quod *d. cap. 1. de homicid. in 6to.* propriè & specialiter loquatur de ijs, qui Assassinos propriè sic dictos, infideles scilicet, ad perpetrandum homicidium conducunt, adeoque etiam solum de assassino conductore sive Assassinatore, non certè colligendum exindè, quo genere supplicij magistratus in assassinos, locatores pariter ac conductores animadvertere debeat.

Ideoque non unica, eademque Assassinij pœna ubivis locorum obtinet, sed pro more cujusvis regionis ea multum variatur. Vel enim hujus delicti Rei ultra gladij pœnam prius ad locum supplicij pertrahuntur per caudam equi, si exilioris conditionis homo per Assassinium peremptus fuerit; vel Rota tunduntur, honestiore scilicet occiso; Vel etiam huic Rotæ pœnæ additur præter tractionem illam ustulatio, quæ fit ignitis forcipibus, si cum hoc delicto vis publica concurrat; Vel Reus in frusta scinditur, postquam furca suspensus, aut malleo in capite confossus fuit, *Jul. Clar. in præct. §. assassin. nu. 4. Petr. Theodor. in colleg. crimin. disput. 7. ib. 6. lit. D. Carrer. in præct. in 3. tract. de homicid. & assass. §. circa igitur tertium, num. 47. Covarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 20. n. 10. sub vers. quarto eandem ratione &c. Petr. à Plach. in epitom. delict. libr. 7. capit. 19. numer. 5. Decian. in tract. crimin. libr. 9. capit. 30. numer. 31.*

Quarum tamen pœnarum neutra imponenda Assassinis in ditionibus Saxonis, ut in quibus illud demum supplicium dictandum, quod Saxonum Jure & moribus receptum atque expressum est, juxta gloss. *Landrecht lib. 3. art. 84.* in verb. *Tödet ein Mann seinen Herren n. 3.* ibi *Es sagen aber andere. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 4. quæst. 133. n. 15.*

Quapropter in crimine hoc coercendo ad consuetudinem hujus regionis maximopere respiciendum est, secundum quam alio supplicij genere conductor sive Assassinator, aliter quoque Locator Assassinus puniri solet.

Quoad illum enim, moribus receptum est, ut Assassinator, qui pecuniâ promissâ mandat committi homicidium, vel aliquem certâ pecuniâ summâ ad hoc delictum conducit, gladio puniatur, & postea cadaver ipsius Rotæ in altum erectæ affigatur. Quod certè haud sine ratione introductum, supra enim *quæst. 7. n. 33.* demonstravi, pœnam homicidij deliberato animo & ex proposito commissi in tantum exasperari debere, ut cadaver delinquentis non sepeliatur, sed Rotæ imponatur; idque propterea, quo homines pœnæ hujus omni tempore recordentur, & ab ejusmodi facinore deterreantur, qui sanè fructus pœnarum non minimus est, l. 6. §. pen. l. 20. ff. de pœn. Bodin. libr. 7. de Republ. capit. 4. num. 21. Petr. Heig. part. 2. quæstion. 39. numer. 27. Hering. de fidejussor. cap. 10. n. 344. Jam verò Assassinator, qui pecuniâ mediante mandat committi homicidium, deliberato animo & ex proposito delinquit, & si unquam homicidium per insidias industriamvè committi potest, istud certè ab eo, qui alium ad occidendum certâ mercede conducit, perpetratur: ut mitum non sit, conducentem tali pœna affici, quâ aliàs homicidium ex proposito & per insidias commissum coerceri solet.

Quemadmodum etiam Scabini Assassinatori pœnam gladij dicere solent, ita ut cadaver post factam executionem Rota imponatur, Veluti sic responderunt, quando A. I. Assasinos duos 400. florenis conduxerat ad occidendum T. M. qui etiam postea ab ipsis fuerat interfectus: So möchteer wegen solcher seiner Mißhandlung/welche vor ein Assasinum zu halten mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft/vnnd nach vollbrachtet execution andern dergleichen Mißhändlern zum Exempel vnd Abschew/der Körper vff ein Radt geleset vnnd geflochten werden B. R. W. Ad consultationem Quæstoris Torgensis, Mens. Octobr. Anno 1617.

Eadem pœna fuit indicta C. W. & L. S. duobus Assassinatoribus: So möchten sie von wegen solcher ihrer begangenen vnd betandten Verbrechen beyde mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft vff hernach eines jeden Körper vff ein Radt geleset vnd geflochten werden B. R. W. An Bürgermeistere vnd Rath zu Lübeck! Mens. Ian. Anno 1601.

Simili modo fuit pronunciatum versus Schwetinitz! Ad Quæstorem, Mens. April. Anno 1589.

It. Versus Hohenstein! quando crimen hoc assassinij à quibusdam Nobilibus perpetratum & assassino 2000. floreni promissi, ab eoz. G. ab H. ocisus fuerat, Mens. Sept. Anno 1625.

Assassinus autem qui operam suam ad deli-

ctum hoc locat, & susceptâ ab aliquo pecuniâ mediante mandato alterum occidit, secundum consuetudinem hujus regionis (quam etiam Scabini Electorales in pronunciando sequuntur) Rotæ supplicio afficitur. Quæ consuetudo videtur exinde promanasse.

Primò: Quia Constit. Crim. Carolina. art. 130. & art. 13. *Landrecht lib. 2.* pœnâ Rotæ Latrones affici jubet, qui homines spoliant, & spolijs non cõtenti eos occidunt: propterea, quod in latrocinio interventus pecuniæ seu divitiarum, quarum gratiâ homicidium perpetratur, pœnam augeat, Bartol. in l. non solum, §. si mandato. n. 14. ff. de injur. Salycet. in l. non ideo minus. n. 36. vers. veruntamen inquit Doctores. C. de accusat. quam rationem quoque adducit glossa germ. ad dict. artic. 13. *Landrecht lib. 2.* in verb. *Esliche ermorden die Leute vmb Geldes oder Gutes willen / vnnd mit wohlbedachtem Mache / dieses sein rechte Mörder/vnnd von denen sagt er hie &c.* Atqui Assassinus spe lucri hominem occidens, si non latrones ipsi, hisce tamen æquales ac per omnia similes sunt, ut mirum haud sit, eosdem quoque pari pœnâ affici.

Secundò: Videtur idem innuere Constit. Elect. 5. part. 4. ubi vespillones alijvè, qui tempore pestis lue illâ infectos in extremis laborantes interrimunt, tumque obvia quæque furantur Rotæ supplicio affici; ij verò qui homines tantum necant, nec quid furantur, gladio puniri jubentur, Cujus constitutionis ratio alia non est, quam quod posteriores simpliciter occidant, priores autem lucri causa homicidium committant, & pro latronibus habendi sint: prout ipsa Constit. hoc exprimit, in verb. *Als Reuber &c.* Quum igitur hæc ratio in Assassinis locum quoque habeat, utiq; & eosdem supplicio huic subjugandos esse, nemo inficias ibit.

Tertiò: Negari non potest, gravius delinquere Assassinum, qui spe lucri ad occidendum invitatur, quam qui calore iracundiæ vel aliâ de causâ aliquem necat: auget enim interventus pecuniæ delictum, arg. l. Cicero. ff. de pœn. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 30. n. 13. Anton. Gomez. de delict. cap. 3. n. 10. Carrer. in pract. crimin. tract. de homicid. & assassin. §. circa igitur tertium. n. 36. Quid ergò mirum ut Assassinus graviore pœnâ afficiatur; Gravius enim delictum graviorem pœnam meretur, juxta. l. perficiendum. 11 ff. de pœn. ubi Bartol.

Neque hisce obstat, quod Assassinator, qui pecuniâ ad necandum aliquem conducit, mitiori supplicio, pœnâ nimirum gladii cum impositione cadaveris in Rotam affici solet, unde videtur evinci, idem supplicium in Assassinum statuentum esse, cum uterque committat Assassinium, & correlata sint Assassinator & Assassinus, correlatorum autem eadem sit disciplina, l. legem 23 Juliam in pr. ubi Bartol. & Iason. C. de indict. viduit. toll. Everhard. in locis legal. in loc. à correlat. n. 3. Nicol. Boer. decis. 84. num. 3. Ludolph. Schrader. de feud. part. 10. sect. 5. n. br. de par. cur. nu. 228. vers. & certum est, &c. Alexand. consil. 131. num. 2. lib. 5. Ripa in l. si plagij 123. num. 11. ibi: tu autem considera

&c. ff. de verb. obligat. Argumentum enim à correlatis tunc demum firmum est, quando correlativo-

lativorum eadem est ratio; quæ diversissima est in Assassinatoro mandante, & Assassino mandatario; Et si enim uterque Assassinium committat, Assassinus tamen eò quod lucri causâ & spe pecuniæ occidit, longè graviùs peccat Assassinator, qui ex homicidio nullum prorsus lucrum sperat; unde fit, quod Assassinus pro latrone habeatur, pœnamque latronum meretur.

25 *Quemadmodum Scabini quotidie pronuntiare solent: So möchte N. N. von wegen solcher begangenen vñnd beandten vorseglischen vñnd gestieffenen Mordthat/ darzu er sich mitê Gêlde dinge lassen/ mit dem Rade vom Leben zum Tode gerichtete vñnd gestrafft werden. B. N. W. Versus Weissenfels/ Ad consultationem Johannis Weissenfels/ Mense Mart. Anno 1601.*

Hain! Ad requisitionem Quæstoris, Mense August. Anno 1618.

Martisburgum, Ad requisitionem Quæstoris Sceudicensis, Mense Mart. Anno 1628.

26 *Eadem pœna Rotæ fuit dictata tribus Assassinis, qui ab A. P. certâ mercede conducti ipsius patrem dormientem interfecerant, in tribus distinctis sententijs, An Landrichter zu Zeig! Mense Octobr. Anno 1620.*

Cæterùm, ut crimen assassini tam ex parte 27 Assassinatoris quàm Assassini commissum dicatur, adeoque pœna prædicta obtineat, Doctores tria copulativè requirunt: 1. Mandatum ad occidendum, non verò solum ad vulnerandum, prout sentit Alexand. consil. 116. num. 5. lib. 2. Est enim assassinium homicidium ex proposito præviâ animi deliberatione per insidias commissum; adeoque constare debet omninò de voluntate, animo, & mandato occidendi. 2. Ut interveniat pecunia, vel alia merces data vel promissa; ideoque non sufficit, si committatur animo alteri complacendi, sicuti opinatur Johan. Andr. in cap. pen. de Cler. non resid. Grammat. vot. 9. numer. 3. Ut hujus præmij dati intuitu, aut ejusdem saltem certâ spe Assassinus mandatum exequatur, aut ad minimum deveniat ad actum effectui proximum, Petr. Theodor. in Colleg. crimin. disput. 7. thes. 4. lit. A. Carrer. in pract. crim. §. circa igitur tertium. numer. 5. Tiber. Decian. in dict. lib. 9. cap. 30. nu. 41. Mascard. de probat. concl. 138. num. 10. & seqq. Bertaz. col. consil. crimin. 341. n. 38.

28 *Q. J. Quâ pœnâ sit plectendus Assassinator parricida, qui conducit aliquem certâ pecuniâ ad necandum patrem, liberos, conjugem, aliosvè personas, in quas parricidium committitur?*

Et quamvis, juxta supra dicta, Assassinatoris pœna alia non sit, quàm ut gladio plectatur, ejusque cadaver Rotæ in altum erectæ affigatur; Attamen si Assassinator sit parricida & conducat Assassinum ad occidendam parentem, filium, vel conjugem, hoc casu pœnam illam assassini non sufficere, sed Assassinatorem pœnâ ordinariâ parricidii, Culei nimirum, vel Rotæ deficiente copiâ fluminis plectendum esse, puto.

29 *Primò: Quia hoc casu duplex delictum concurrat, Parricidium nimirum, & Assassinium: quando autem delicta diversi generis eodem tempore committuntur, & ad eundem finem*

tendunt, tunc delinquens punitur pœnâ majoris delicti, & pœna major minorem absorbet, *Inl. Clar. in pract. §. fin. quæst. 84. n. 4. Hyppol. de Marsil. in l. si in rixan. 15. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. gloss. in l. qui de crimine, in verb. plurima, C. de accusat. Vivius in lib. comm. opin. fol. 198. vers. statutum puniens & c. Majorem & graviorem autem esse pœnam parricidii, quàm assassini, nemini ignotum esse potest. Quare & pœnam hanc parricidii ceu graviorem hoc casu obtinere quivis facillimè concesserit.*

30 *Secundò: Si Assassinator hoc casu pœnâ Assassini plecteretur, sequeretur inde, melioris conditionis esse parricidam, qui mediante assassino parricidium committit, quàm qui parentes, liberos, vel conjugem ipsemet occidit, vel occidere mandat, quod tamen absurdum esset, cum gravius videatur delinquere qui ad occidendum mercede aliquem conducit, quàm qui ipsemet occidit aut occidere mandat alteri, id quod ex pœnâ assassini, quæ durior est homicidii pœnâ, luculenter apparet.*

31 *Veluti etiam Scabini declarunt pœnam parricidii feminae cuidam A. P. qua tribus assassinis promissa mercede mandaverat, interficere suum parentem, qui postea ab ipsis occisus fuerat: So möchte sie wegen solcher ihrer Verbrechen vñnd Mißhandlung/ daß sie ihren eigenen Vater Korn: Urban ermorden vñnd vmbbringen lassen: Weil alles von ihr dolos vñnd vorseglischen geschehen / vñnd es dafür zuachten vñnd zuhalten / als wann sie selbst an ihren Vater Hand angelegt/ sambt einem Hunde/ Hahnen/ einer Schlange/ vñnd Ragen an statt eines Affen / in einen Sack gesteckt/ ins Wasser geworffen / vñnd ertrencket werden. B. N. W. Ad consultationem Quæstoris Cizensis, Mense Sept. Anno 1620.*

32 *Et cum A. W. Assassinum conduxerat ad necandam uxorem suam, homicidio subsecuto, pronuntiarunt Scabini in hunc modum: So möchte er wegen solches vff seinê Befehl beschehenen Mordts/ sambt einem Hunde/ Hahnen/ Schlangen/ vñnd Ragen an statt eines Affen/ in einen Sack gesteckt/ ins Wasser geworffen/ vñnd ertrencket werden. B. N. W. Ad consultationem Quæstoris Wittebergensis, Mense Aug. Anno 1597.*

33 *Eodem modo fuit pronuntiatum ad requisitionem, O. à D. quum M. K. mediante assassino maritum suum veneno necari curaverat: So möchte sie von wegen solcher an ihrem Mann begangenen vñnd beandten bösslichen vñnd vorseglischen Mordthat/ darin sie selbst gewilliget / vñnd der Rirchbachin diese Mordthat zubegehen vffgetragen/ befohlen/ vñnd sie darzu conductet vñnd angenommen / sambt einem Hunde/ Hahnen/ Schlangen / vñnd Ragen an statt eines Affen/ in einen Sack gesteckt/ ins Wasser geworffen vñnd ertrencket/ oder do die Gelegenheit des Wassers/ des Orts nicht vorhanden / mit dem Rade vom Leben zum Tode gestrafft werden. B. N. W. Mense April. Anno 1615.*

34 *Pariter responsum in casu simili versus Ostraw! An Johann Henningen/ Mense Junio, An. 1584. Cum H. I. Assassinum conducendo uxorem interficere procuraverat; Ad Iudicem & Scabinos Schnebergenses, Mense April. Anno 1600.*

Et in casu simili versus Martisburgum; ad requisitionem Quæstoris Sceudicensis, Mense Mart. Anno 1628.

It. Ad requisitionem Quæstoris Torgensis, Mense Octobr. Anno 1617.

35 *Secundò quaeritur: An pecunia numerata*

Qu. Num. assassinium committitur absq. promissione pecunie numerata?

necessario requiratur ad hoc, ut assassinium committatur, an verò pœna assassinij quoque locum habeat, si res qualibet alia fuerit data?

Posterius placet Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap. 30. n. 16. Iodoc. Dambouder. in pract. crim. cap. 83. num. 1. Gram. vot. 9. num. 3. Idque verissimum est.

36 Tum, quod cap. pro humani. de homicid. in 6to. In quo de assassinio ex professo agitur, non requiritur pecuniam numeratam, neque istius mentionem faciat, sed pœnam constituat simpliciter in eos qui mortem alicujus per assassinos procurant. Neque etiam ullibi dicitur quod in assassinio pecunia numerata necessario debeat intervenire.

37 Tum, quod assassinium æquiparetur latrocinio, & pœna quoque latrocinij imponatur assassino, eò, quod lucrum sperat ex homicidio commisso. Latrocinium autem homicidium est cum spolio cujusvis rei non tantum pecunie numeratæ, uti expeditum est, & apparet ex Constit. Carol. Crim. art. 130. & Constit. Elect. 5. part. 4. Et lucrum causa is quoque occidit, qui ob spem alterius rei quàm pecunie numeratæ aliquem necat: Lucrum enim nomen generale est, & denotat omnem accessionem, l. cori, & l. seq. ff. pro socio. l. actionum genera, §. actionum autem, ff. de obl. & act. l. si cum dotem, §. si patr. ff. solut. matr. l. Mutius ff. pro socio.

38 Tum, quod appellatione pecunie veniant omnia, quæ in patrimonio nostro sunt, sive sint res corporales, sive mobiles, sive soli, sive jura, l. 4. l. 5. l. 178. l. 122. ff. de verb. signif. l. 50. ff. de verb. obligat. l. 36. ff. de pecul. l. 20. §. 1. ff. de stipul. servor. l. 93. ff. de legat. 3. l. 96. ff. de verb. signif. Connan. lib. 10. c. 5. n. 1.

39 Hinc Scabini pœnam Assassinij dicere solent, etiam si assassini non pecuniam numeratam, sed quasvis res alias, veluti vestes, indusia, farinam &c. acceperint, pro operâ suâ nefariâ præstitâ & facinore commisso: veluti sic pron. An Ambts. voigt zu Weissenfels/M. Mar. Anno 1601. An Schösser zum Hain/M. Aug. Anno 1618. An Johan Henningen zu Dstraw/Mens. Junio Anno 1584. An Schösser zu Schwetung/M. April. Anno 1589.

40 Nec refert, an præmium aliave res data ei, qui operam suam ad alicujus occisionem alteri addixit, magni, aut minoris pretij sit. Nam ob minimam etiam mercedem, qui aliquem necat assassinium committit, pœnamque hujus criminis incurrit.

Qu. 3. An Assassinus pœnam assassinij incurrat, etiam si rem minimam acceperit?

41 Tum, quod latrocinium, cui assassinium æquiparatur, similiq. pœnâ coercetur, in re etiam minimâ perpetratur, si homicidium spoliij causa commissum fuerit, art. 130. Constit. Carol. Crim. artic. 13. lib. 2. & andrecht/Constit. Elect. 5. part. 4. qui textus indefinitè loquuntur, pœnamque Rotæ latronibus indifferenter decernunt, non habito respectu, an res ablata, quarum gratia homicidium perpetratum est, magni vel minimi pretij fuerint.

42 Tum, quod in assassinio, respectus solum debeat haberi ad ipsum homicidium lucri gratiâ commissum, non etiam ad quantitatem lucri vel præmij. Equè enim pecunie & lucri gratia occidit, qui ob grossum, quem sperat, aliquem ne-

cat, ac si mille floreni ipsi soluti fuissent. Et pecunia seu præmium hoc delictum enorme reddit, non etiam quantitas pecunie aut qualitas præmij, Bald. in l. non ideo. in pr. de accusat. Panorm. in c. ar. si Clerici, extr. de judic. Iod. Damboud. in pract. crim. c. 83. n. 4.

Tum, quod gravius peccat qui ob pretium leve & minimum luctum tantum facinus perpetrare ausus fuerit, quàm si ingens commodum ex operâ ejusmodi illicitâ ipsi accessisset.

Ita dicaverunt Scabini pœnam Rotæ H. T. qui ob modum farinæ operam suam ad occidendum aliquem locaverat. Versus Hain/Adquisitionem Quæstoris, Mens. Aug. Anno 1618.

Idemque asserit Grammat. vot. 9. in pr. ubi ponit exemplum in Assassinio, qui corruptus munere parvæ rei, urputa unius paris caligarum mandatam ad occidendum suscepit, Proffer. Farin. part. 5. oper. crimin. quæstion. 123. numer. 43.

TERTIO QUÆRITUR: An etiam dicatur Assassinium perpetratum, si merces vel pecunia Assassinio fuerit solum promissa, nondum tradita?

Quod affirmat Salycet. in l. non ideo minus ad fin. numer. 36. vers. & assassini vocantur. C. de accusat. Gram. vot. 9. numer. 2. Carrer. in pract. in 3. autem data tract. de homicid. & assass. §. circa igitur tertium, fuerit? n. 4. Iodoc. Damboud. in pract. crim. cap. 83. num. 6. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 19. n. 10. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 138. num. 1. Gabriel. lib. 7. concl. 1. n. 2.

Si enim effectus fuerit secutus & homicidium ab Assassinio sub spe accipiendi pecuniam promissam perpetratum, certè delictum Assassinij consummatum est, nec quicquam obstat, quo minus pœna assassinij dictari queat. Dicitur namque assassinium homicidium à delinquente ad hoc conducto perpetratum; is autem qui promissionem acceperat æquè conducitur & operam suam locat, ac si præmium ipsi solutum fuisset.

Accedit, quod & is lucri gratiâ dicatur occidere, qui homicidium committit ob lucrum futurum, quod promissum certò sperat; At qui homicidium lucri causa commissum latrocinium esse, vel saltem latrocinio æquiparari, eandemque pœnam mereri, dictum antea, & etiam verissimum est.

Et quamvis differat dare & promittere, perinde sicuti vendere & promittere de vendendo; eundem tamen ferè effectum sortitur promissio, si fuerit acceptata. Perpetrato verò hoc casu homicidio, certum est, quod ex causâ promissionis acceptatæ fuerit secutum, argum. l. tutor datur, ff. de fidejuss. l. si id quod in pr. ff. de donat. l. 2. §. parvique refert ff. de privil. cred. l. si filiusfam. in fin. ff. ad SCt. Macedon. Paris de Puteo in tractat. synd. in verb. barataria, numer. 4. in fin. Tiber. Decian. in tract. crimin. libr. 9. capit. 30. numer. 17.

Et juxta ea dicunt Scabini pœnam Assassinij, licet promissio de solvendo præmio solum facta esset, versus Weissenfels ad consultationem Praefecti, Mens. Mart. Anno 1601.

Ad eundem, Mens. April. Anno 1601.

Versus

Versus Hainl Ad requisitionem Quæstorii Mensis Aug. Anno 1618.

48 Quod & verum arbitratur Tiber. Decian. in d. libr. 9. capit. 30. numer. 16. eo casu, quo quis sine præmio certo, apparenti & denominato aliquem occidit, solum propterea, quod ipsi remuneratio aliqua promissa fuerit, ubi ad hoc allegat Gram. vot. 9. & Iohan. Andr. in capit. pen. de Cler. non resid. & secundum ea explicat mentem Carrer. in pract. crimin. §. 5. nu. 4. & 5. qui tradit committi assassinium, etiam si quis occidit sine præmio apparenti, sed ut rem gratam faceret amico.

49 Quemadmodum etiam responderunt Scabini in casu quo Assassino remuneratio quedam in genere absque denominatione certa rei vel pecunia promissa fuerat. Ad consultationem Quæstorii Civensis, Mens. Septembr. Anno 1620.

50 Et docet Aretin. cons. 63. n. 16. in fin. Archiepiscopus quendam Florent. commisisse Assassinium, eo quod mandaverat occidi Laurentium de Medicis cum promissione concedendi homicidæ direptionem & deprædationem domus dicti Laurentii. Super quo casu etiam consuluit idem tenens Curt. Sen. cons. 20. num. 43. in fin. & Gram. vot. 9. n. 3.

51 Quam doctrinam Aretini secuti sunt Scabini dicentes pœnam Assassini duobus Assassinatoribus, qui conduxerant militem ad occidendum aliquem, concessit ipsi potestate, occisum postmodum spoliandi, & res penes ipsum repertas auferendi. Nach Lübeck. An Bürgemeister vñnd Rathl. Mens. Jan. Anno 1601.

52 *Quomodo conatus in crimine Assassini puniendus sit? Et Respondent Doctores ferè unanimiter, ob delicti hujus atrocitatem pœnam ordinariam pro solo affectu seu conatu imponendam esse, etiam si homicidium non fuerit secutum, gloss. in cap. pro humani: in figuratone casus. in fin. vers. & sic puniatur affectus de homicid. in 6to. Prosper. Farin part. 5. oper. crimin. quæst. 123. num. 77. Curt. Sen. cons. 20. num. 43. in fin. vers. nec obstat quod non fuerit secuta mors &c. Hypol. de Marsil. in l. ejudem, in pr. num. 9. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. Gram. vot. 9. numer. 5. & 8. Carrer. in pract. crimin. in 3. tractat. de homicid. & assassin. §. circa igitur tertium. num. 7. Didac. Covarr. in Clem. si furiosus part. 2. in pr. num. 9. de homicid. Jul. Clar. in §. assassinium. num. 7. Tiber. Decian. in tractat. crimin. lib. 9. cap. 30. numer. 13. Roland. consil. 14. numer. 18. lib. 4. Mascardus de probat. lib. 1. concl. 138. num. 2. in pr. Hancque opinionem frequentissimam, omniumque consensu receptam esse, testatur Petr. à Plach. in epitom. delict. lib. 1. cap. 19. num. 9. Gabr. lib. 7. concl. 1. numer. 7. & 8. Brun. à Sole quæst. legalib. quæst. 34. n. 1. & n. 7.*

53 Et si enim in aliis delictis, ex consuetudine generali, affectus regulariter non puniatur ordinariâ pœnâ, nisi sequatur effectus; aliud tamen dicendum in crimine Assassini, ubi etiam conatus puniendus est, ob expressam juris dispositionem in c. pro humani, in verb. quicumque Princeps, Prælat, seu quavis alia Ecclesiastica seculari personæ quempiam Christianorum per prædictos Assassinos interfici fecerit, vel etiam mandave-

rit, quanquam mors ex hoc forsitan non sequatur &c. de homicid. in sexto.

Idq; generaliter verum esse quidam arbitrantur, siue assassinus ad actum proximum, siue remotum saltem pervenerit, modò non steterit in nudis terminis cogitationis, prout sentit Baldus in l. non ideò minus. in 6. quæst. C. de accusat. Iodoc. Damhoud. in prax. crimin. capit. 83. in pr. Felin. in tract. de conat. in 3. limit. & in cap. 1. coll. 2. in 3. & 5. fallent. de præsumpt. & alij allegati à Farin. di. qu. 123. n. 77. & Decian. di. cap. 30. n. 38. Tum, quod di. cap. 1. de homicid. loquatur generaliter de eo, qui saltem mandavit aliquem interfici. Tum, quod nuda & turpis conventio faciat Assassinium, hocque delictum ex ipsa conductione nomen fortiatur.

Quod tamen nimis durum videtur: Præterquam enim quod pœna atrocior & odiosa non facile ad solum conatum extendenda est, etiam eo casu, quo lex seu statutum expressè conatum punit, pœnam ordinariam tunc demum imponi posse, si deventum fuerit ad actum proximum & immediatum ipsi maleficio, scribit Jul. Clar. in pract. §. fin. quæst. 92. num. 2. circa fin. Extra quem casum assassinium attentatum non pœnâ ordinariâ, sed extraordinariè pro arbitrio judicis puniendum esse tradunt Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæstion. lib. 2. cas. 360. numer. 45. Carrer. in §. sequitur de mandatario. n. 6. Covarr. in Clem. si furiosus part. 2. in pr. n. 9. de homicid. Gabr. lib. 7. concl. 1. nu. 11. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 30. n. 13. & 14.

Neque hisce adversatur dispositio capit. pro 56 humani 1. de homicid. in 6to. quod nudum etiam mandatum punit, licet ad actum proximum non sit deventum, quodque assassinum appellatur, qui ad occidendum conductus est, quantumvis etiam nihil amplius fecerit, unde assassinium solâ conventionione contrahi, existimari potest. Hoc enim obtinet solum in Assassino vero, quando scilicet infidelis ad fidelem occidendum conductus fuit, sicuti & illa qualitas expressè in di. cap. 1. requiritur, Carrer. pract. crimin. §. 5. numero decimoquinto. Aliud autem dicendum in Assassinio ficto & improprio, ex interpretatione sic dicto, de quo hic agitur, quando scilicet Christianus ad occidendum Christianum conductus fuit; tunc enim conductio nuda & turpis conventio Assassinium non facit, nisi illa ad effectum, aut saltem ad actum ei proximum fuerit producta. Non enim in hoc crimine conductionem seu conventionem de homine occidendo respicimus, sed ipsum homicidium; neque assassinium conductio est ad perpetrandum homicidium, sed potius homicidium ab aliquo ad hoc mercede conducto commissum, sicuti communiter definiti solet. Tiber. Decian. di. cap. 30. numero decimo. & sequentibus. Petr. Theodor. in colleg. crimin. disp. 7. th. 4. lit. A.

Arbitratur quidem Dan. Moll. ad Constit. 57 Elector. 17. part. 4. gladii pœnam obtinere in assassino, qui mercede conducti se patitur ad necem alterius, etiam si nil amplius fecerit, ob verba di. Constit. 17. part. 4. in fin. Dasi dte se nigen/ welche sich mit Geld oder in andere Wege

zu Mord oder Brennen bestellen vñnd annehmen lassen mit dem Schwert sollen gerichtet werden / wann auch gleich darauß nichts ferners erfolget. Sed verbis probè inspectis ac diligenter perpen-
sis in aperto est, non agi ibidem de crimine Af-
fassinii, sed solum de incendio, pœnamque gladii
indici eis, qui ad incendium se conduci patiun-
tur, siue istud incendium sit simplex, siue seditio-
sum, aut famosum, hoc est, tale quod non modo
certæ personæ, sed universitati, pago, vel oppido
ruinam ac damnum infert, quod vulgò dicitur
Mordbrandt / quia simile est latrocinio, quo
non modò ædes ac oppida comburuntur, sed &
inhabitantibus hominibus quoad vitam & cor-
pus insidiæ struuntur, ut sensus sit verborum ge-
nuinus (die sich zu Mordbrennen oder Brennen
bestellen lassen) utrosque enim ob id, quod ad in-
cendium se conduci passi fuerint, gladio puniri
facile concesserim propter specialem sanctio-
nem diel. Constit. 17. part. 4. quæ utpote à jure ac
consuetudine communi exorbitans ad Affas-
sinos nequaquam extendenda est.

58 Aliud autem statuendum, quando Affas-
sinus ad actum proximum & immediatum ipsi
homicidio pervenit; Actus verò proximus in af-
fassinio dicitur, quando fuit deventum ad insul-
tum vel offensionem, prout latè explicat Pro-
per. Fatin. part. 5. oper. crimin. quæstion. 123. numer.
106. & sequentib. Non enim sufficit quod ac-
tus sit simpliciter propinquus delicto, sed pro-
ximus esse debet ipsi consummationi & perfe-
ctioni delicti, ita ut sit ultimus actus, qui à delin-
quente agendus est ad criminis perfectionem,
Covarr. in Clem. si furiosus, in pr. numero decimo.
de homicid. Petr. à Plach. in epitom. delict. libr. 1.
capit. 10. numer. 10. qui quidem ultimus actus
non potest verificari nisi in offensione aut sal-
tem in insultu. Idque clarius explicat Decia-
nus diel. cap. 30. numero decimotertio ubi dicit, tria
requiri ad hoc, ut affassinus pœnâ mortis pu-
niri possit, Primo, quod fuerit deventum ad ac-
tum morti proximum. Secundo, quod non
stererit per affassinum, quin consummaretur de-
lictum. Tertio, quod occidendus fortuito ca-
su evaserit. Quamvis etiam alij actum proxi-
mum dicant eum, quando ultra tractatum de-
ventum est ad actum aliquem ordinatum, ad ip-
sum factum; veluti si Affassinus perveniat ad
locum destinatum homicidio, ibique expectet,
ut occidendus transeat, veluti sic statuit Bald. in
l. non ideo minus, in 6. quæstion. numer. 13. in fin. vers.
& si dicas, C. de accusat. Felin. in capit. 1. numero
sexto. de præsumpt. Decian. diel. capit. 30. numer.
38. Bajard. ad Clar. in §. affassinium, post numero
vigesimo quarto Brun. à Sol. in quæst. legal. quæst. 34.
num. 33.

59 Hoc igitur casu juxta dispositionem capit.
1. de homicid. in 6to. conatus in crimine affas-
sinii pœnâ ordinariâ erit puniendus: Quod ta-
men Scabini Electorales eatenus solum admit-
tunt, ut pœna in Affassinatores constituta, gla-
dii nimirum cum impositione cadaveris in Ro-
tam indistinctè tam Affassinatori, quam ipsi Af-
fassinio, ob conatum & attentatum Affassinii im-
ponatur.

Tum, quod in diel. c. 1. de homicid. in 6to. cer-

tum genus supplicii in Affassinos, siue delictum
ab ipsis consummatum, siue solum attentatum
fuerit, non constitutum reperitur; adeoque
nimis durum sit, pœnam Rotæ ceu atrocissi-
mam & odiosissimam ad solum conatum Af-
fassinii extendere, præsertim cum eo ipso quod
cadaver Rotæ affigitur, recordatio & terret alijs
incurtiatur.

Tum, quia pœna statutaria seu consuetu-
dinaria, qualis est in crimine Affassinii pœna
Rotæ, quoad personam Affassinii, non obrinet,
nisi delicto consummato, Bald. consil. 430. incip.
qui voluit alium facere. vers. non quoad pœnam
lib. 2.

Tum, quod judicis arbitrio relicto sit, an
juxta facti & personarum qualitatem & diver-
sitate pœnam ordinariam affassinii, an verò
mitiorem imponere velit, ut communiter sen-
tiunt Doctores, Jul. Clar. in §. affassinium, vers.
scias etiam in fin. Tiber. Decian. in tr. crimin. lib. 9.
cap. 30. numer. 13. Prosper. Farin. diel. quæst. 123. numer.
132. Gabr. lib. 7. concl. 51. nu. 15. Carrer. in pract. in 3.
tract. de homicid. & affass. §. circa igitur tertium nu-
mer. 9.

Secundum ea Scabini dictaverunt pœnam gla-
dy cum impositione cadaveris in Rotam utrique
tam Affassinatori, quam affassinio, in casu, quo
quis conductus ab alio certa mercede ad interfi-
ciendum M. M. senem quendam 60. annorum,
ingenti ligno ipsum percusserat, ab ancilla au-
tem, Domino suo M. M. suppetias ferente, impe-
ditus eum non profusus occiderat: So möchte
Siewegen solcher begangenen vñnd bekandten Miß-
handlung/welche für ein Affassinium zuhalten/gestalt-
ten Sachen nach/weil der affassinus vñnd conatus bey ih-
nen ad actum proximum kommen / auch diese Verbre-
chung inter atrocissima delicta gezelet wird/vñnd das
mit andere dergleichen böse Thaten fürzunehmen/
durch ihre Exempel geschrecket vñnd abgehalten / vñge-
achtet der alte M. M. mit gar ermordet vñnd umbbracht
worden / beyde nach Scherffe der Rechte mit dem
Schwert vom Leben zum Tode gestrafft vñnd hinger-
richtet/vñnd nachergangener vñnd erfolgeten wirtlich-
chen execution ihre Körper andern zum Exempel vñnd
Abschew vñff ein Radt geletet vñnd gestochten werden
B. R. W. Versus Stolpen/ ad Consultationem
Questoris, Mens. Julio, Anno 1617.

Eandem pœnam dictaverunt Scabini sex Af-
fassinis, qui pecuniâ conducti ad interficiendum Il-
lustriss. ac Sereniss. Principem Franciscum Du-
cem Saxon. Angaria & Westphalia affas-
sinium attentaverant expectando Principem in
viâ publicâ; hoc autem perficere non potuerant:
Haben dieß. Gefangene H. S. I. H. I. E. H. G. H. T. vñnd I.
T. in guten bekandt/ daß sie im verschienen 27. Jahre
vor Michaelis sich von B. M. umb Geld dar zu besiel-
ten lassen / vñnd ihme zugesagt/ Ewer Fürstliche Gnade
den erschiesßen zuhelffen / vñnd daß sie auch auff
solche Bestallung vñnd Verpffichtung etlich Geld
auff die Hand bekommen / vñnd darauß aufgan-
gen/ Ew. Fürstliche Gnaden zuverkundtschaffen/vñnd
zuverwarten/ auch auff dieselbige in Lagersbruch im
welchen Ort bey der neuen Segemühle mit lan-
gen Nöhren gewartet / in Gemüth vñnd Vorsatz
Ew. Fürstl. Gnad. Daselbsien vom Leben zum Tode
zubringen / solches aber zu Werke nicht richten könn-
nen noch dörfen/ dieweil Ew. Fürstl. Gn. ihnen eine-
mahl zu storck/ daß andermahl aber gar nahe als Sie
geschlaffen vñnd erwachet auff den Hals kommen/ das
durch sie verschüchert worden vñnd von einander ge-
lauffen

kauffen zc. Do nun die Gefangene vff ihrem gethanen Belânnuß der öffentlichen gehegten peinlichen Halsgerichter freywillig verharren / oder deß sonsten wie rechte überwiefen würden / So möchten sie alle sechs nach Scherffe der Rechte mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft / vnd andern zum abschewlichen Exempel vffs Radt geleyet werden B. N. W.

Versus Lawenburg / An Herzog Francken von Sachsen / Engern vnd Westphalen / Mens. Augusto Anno 1598.

Similiter modo pronunciatum in casu attentati assassinij ad requisitionem Erasmi Pfeiffers us Pontis / Mens. Junio, Anno 1596.

QVÆSTIO XX.

De crimine Veneficii, & pœnâ occidentis aliquem veneno.

SUMMARI A.

- 1. Veneficium generale nomen est, & accipitur quandoq. pro sortilegio & incantatione.
- 2. Parum refert, an quis præbeat venena simpliciter mala, an qua alterius materia adjectione salubria fieri possunt.
- 3. Non est indifferenter prohibitum, venena comparare & habere.
- 4. Quando vendens venena Reus fiat veneficij, nu. 5. 6. 7.
- 8. Quâ pœnâ vendens indifferenter venenum, pleâti debeat, n. 9.
- 10. Crimen Veneficij atrocissimum & gravissimum est, n. 11.
- 11. Reus Veneficij crimen proditiõis committit.
- 12. Quapropter pœna hujus delicti exasperanda est.
- 13. Quo genere supplicij hujus in terris Reus Veneficij sit pleâendus, numer. 21. 22. 23. 24. 25. 31. 32. 34.
- 14. Pœna hujus delicti, de Jure Civili est capitis truncatio, n. 16.
- 15. Explicatio Constit. Elect. 3. p. 4. in §. ult. n. 35.
- 16. Pœna Veneficij de Jure Saxonico, n. 19.
- 17. Pœna occidentis aliquem veneno, quam sui secundum Ordin. Crimin. Carolin.
- 18. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 27. 28. 29.
- 19. Responsa Scabinorum Lipsensium, jus & consuetudinem faciunt.
- 20. Statuta ijs in locis, ubi vigent, jus faciunt civile.
- 21. Intellectus art. 13. vers. Welcher Christenmann &c. n. 37.
- 22. Jus Saxonicum auctoritatem habet in foro Saxonico quatenus usu & observantia est receptum.
- 23. Explicatio Constit. Elector. 18. p. 4. n. 40.
- 24. Quomodo puniendi sint, qui parentes, liberos, vel conjugem veneno necant.
- 25. In delictis concurrentibus pœna gravioris delicti irroganda est.
- 26. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 44. 45.
- 27. Iudex ex circumstantiis delicti pœnam pro arbitrio mitigare potest.
- 28. Responsa Scabinorum Lipsensium.
- 29. Quando pœna Veneficij sit exasperanda, numer. 49. 50.
- 30. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 52.

Aggravatur quoque pœna homicidij in crimine VENEFICII, quando quis alium veneno occidit, Anton. Gomez. tom. 3. variar. resolut. capit. 3. numer. 7. Bald. in capit. 1. quibus, mod. feud. amitt. col. 4. Salycet. in l. 1. C. ad Leg. Cornel. de sicar. col. 2. Hyppol. de Marsil. in rubr. ff. eod. titul. numer. 4. Ancha, in capit. 1. de homicid.

Quamvis enim vocabulum hoc apud Doctores generaliter etiam pro Sortilegio & Incantatione sumatur, ut & qui quæve illam nefariam artem exercent, Venefici & Veneficæ vocentur, propterea quod ea quæ adhibent, venena esse putentur, & tanquam venena essent, propinentur; Quandoque etiam venenis aut venenatis rebus utantur, de quo genere Veneficij suo loco etiam dicitur; Attamen Veneficium hic tantum accipitur pro homicidio, quod veneno dolosè committitur, l. 3. in pr. ibi: Qui venenum necandi hominis causâ fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, ff. ad Leg. Corn. de sicar. adeoque ut Veneficium dicatur commissum, animus dolosus necandi maximoperè requiritur.

Unde sequitur Primò, parum refert in hoc crimine, an quis præbeat venena simpliciter mala, quæ scilicet nullo modo alterius materiæ adjectione salubria fiunt, & usu nobis esse possunt, quemadmodum de serpentum veneno explo-

ratum est, qualia venena absolute sunt prohibita, eò quod nullus eorum sit usus, nisi ad nocendum & necandum; An verò quis utatur ijs venenis, quæ alijs mixta materijs adeò nocendi naturam deponunt, ut ex hisce antidoti & alia quædam salubria medicamenta conficiantur, l. 35. §. 2. de contr. emt. Veluti sunt Cictura, Salamandra, Aconitum, Pituocampæ, Mandragora &c. l. 3. §. 3. ff. ad Leg. Corn. de sicar. Gædd. ad l. 236. numer. 2. ff. de verb. signif. Alb. Gentil. ad l. 1. C. de malef. & math. pag. 18. Quæ eatenus fulum prohibita sunt, quatenus nempe quis hominis necandi gratia temerè ea tractet, d. l. 3. in pr. §. 1. & 3. Si enim præbens venena animum habeat necandi, & occidat aliquem, hoc crimen incurrit, non obstante qualitate & varietate venorum, modò illa per sese fuerint mala venena & notica.

S E C U N D Ò: Neque prohibitum est simpliciter venena comparare & habere, ut quæ ratione finis tantum illicita sunt. Etsi enim quidam opinentur Pigmentariis tantum & Medicis venena habere & tractare permissum esse, extra hos præterea nemini, hoc tamen nullo textu probatur. Non enim d. l. 3. ff. ad Leg. Corn. de sicar. nec ulla alia, inter personas distinguit, sed generaliter prohibet venena tractare & habere, dolosè scilicet, temerè, vel necandi causâ, & eatenus etiam Pigmentarij Rei veneficij